

D.

Aufn
R

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
 DE
**DOCTRINA
 SVCCESIONIS
 PACTITIAE
 EIVSQUE
 VSV ET ABVSV IN GERMANIA,**

QVAM
 IN PERANTIQA VNIVERSITATE ERFORDIENSI
 EX DECRETO ET AVCTORITATE
 MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

PRÆSIDE
 VIRO MAGNIFICO, PRÆNOBILI ET CONSULTISSIMO,
DN. CONR. WILHELMO Strecer,

JCTO, IVRIDICAE FACTLTATIS ET IUDICI ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.
 COD. PROF. PVBL. ORD. CIVIT. STND. ET CONSULE PRIMARIO,
 H. T. EX-DECANO,

PRO LICENTIA
 SVMLOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
 DOCTORALIA

RITE AC LEGITIME CAPESSENDI,
 PVBLICE ERUDITORVM DISQUISITIONIS SUBMITTIT
 A V C T O R

CASPAR. GUNTHERVS LINDNERVS,
 FRANCKOHVSANVS.

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS
 DIE IV. FEBRVAR. A. M DCC XXXVIII.

ERFORDIAE, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

卷之三

VIRO
PERILLVSTRIATQVE EXCEL-
LENTISSIMO
DOMINO
DN. ANTONIO
FRIDERICO
DE BEILWITZ,
DYNASTÆ A Löhma/ Eichicht
und Munschwitz/ &c.
PRINCIPIS SERENISSIMI A Schwarzbzg. Rudol-
stadt CONSILIARIO, REGIMINIS, QVOD EST FRANCKO-
HVSÆ, CANCELLARIO SPLENDIDISSIMO, NEC NON
CONSISTORII PRÆIDI, ET PRÆFECTO PRÆFE-
CTVRARVM Herringen und Strausberg
GRAVISSIMO,
DOMINO SVO GRATIOSO,
HANC DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM JVRIDICAM
IN SIGNVM SVBMISSIONIS
CONSECRAT
AVTOR.



P R A E F A T I O.

Q U O D F E L I X F A U S T U M Q U E S I T

Dum nobis materiam quandam loco inauguralis dissertationis indigare animus esset, variae se quidem obuertunt; præprimis autem arrisit materia de doctrina successioniæ pacticæ s. anomalæ ejusque usu genuino & abusu in Germania, tum ob præstantiam, tum ob singularem utilitatem omnino digna, quæ publico eruditorum examini subjiceretur; & quamvis non desint qui fuse de patetis successoris jam jam scriperint; de ejus tamen doctrina, usu & abusu in Germania invenimus nullum. Hæc dissertatio directa est

A 3 con-

tinetur in libro primo de rebus Germanicis

314q

contra eos, qui quacunque pacta successoria,
contra genuina tamen principia juris Aleman-
nici valida esse contendunt. Nos sequentem
servabimus ordinem, ut membro I. hanc do-
ctrinam secundum principia juris romani tra-
damus, deinde membro II. usum ejus & abu-
sum in Germania exponamus. Deus ter opti-
mus maximus hos labores vertat in sui nomi-
nis gloriam, proximique salutem, id est, quod
devotis exoptamus precibus.

M E M B R U M P L.

Quemadmodum iure civili variis sunt modi acquiren-
di inter vivos ita; quoque certi dantur mortis caula;
sc. hereditas deferritur per testamentum aliamve
ultimam voluntatem. *L. i. f. 1. qui testam. sui pess. aut ab
intestate, quando quis sine testamento decebat; & sic facile
ad proximos suos cognatos bona sua magis defertur, cum lego
tuno successionem disponente *L. i. §. 2. f. pr. fac. T. t. 1.* Ita
duplex delationis ritus in tantum est in veteribus, ut vel ipso te-
ste Tacito, apud Romanos aliasve gentes longe ante Christum
natum usitatus fuerit, solis exceptis Germanis, quippe quibus
heredes successoreque sui, cuique liberi, sc. nullum testamentum
Tacit. *German. 20. 6.* quin potius suos excommunicis
ris gentium usa comprobato, ab in testato succedere exopta-
rent; invalidus tamen mos pedenterum apud illos, ut sua suas
que fortunas non solum per testamento sed & per pacta, sub
certis tamen requisitis, certisque solennitatibus ac conciliis
aliis.*

OS (7) 50

nibus ad eum, quem libi maxime haberet, transferent; hinc factum, ut tres successioni species in Germania indeque tot tantæque DD. altercationes, de quovis pacto successorio promiscue fervando, exortæ sint. Cum autem hujus materiæ sedes & obligatio hujus pacti in L. 15. & L. fin. C. de pac*t*, aliquo modo fundata sit, putamus non inconcinnæ fore, quædam generaliter de pactis differere,

§. II.

Pactorum materia, ut est diffusa ita difficultate non caret; notum autem est, apud Romanos principaliter duplicitis generis pacta dari, sc. nuda, & vestita vestita sunt, quibus lex robur addidit, ad firmam actionem in foro producendam, nuda autem nullam actionem, sed tantum exceptionem, producunt. Germani autem hæc pacta ad simplicitatem juris gentium redigerunt, ex quocunque pacto se iacto, firmam obligationem nati statuentes, interim non est credibile, eos, ejusmodi pacta, quæ contra bonos mores sunt, approballi, cum bonorum morum vel ipsi strenui, teste Tætitio, fuere cultores ac defensores. Romani primis, ut Aſſeclæ Stoica Philosophiæ, omnia ea pacta, quæ contra bonos mores inita erant, tanquam illicita damnabant. Hinc ejusmodi pacta nec inter nulla, nec vestita conummerari poterant, omnisque vis & efficiacia & obligandi, & excipiendi eis ademta erat. Præsertim autem illi successoriæ tanquam contra bonos mores ita erant intenta, ut plena tristissimi eventus acerbissimaque spei peccatis improbari satis constet est. L. 15. & L. fin. C. de pac*t*. in tantum, ut ille pacientibus ejusmodi hereditatem obvenientem eripere possit; L. 2. §. fin. ff. de his quæ ut indignus aufer. Interim tamen dantur certa pacta, impropriæ sic dicta, quæ etiam jure ciuilis certis sibi conditionibus ac solennitatibus substitunt L. ult. c. de pac*t*; L. ult. C. de codic. Faciamus itaque periculum & videamus h̄c membro I. dissertationis hujus nostræ, quæ pacta jure ciuilis valeant.

§. III.

His præmissis aliquo modo obiecit, si quid sit successio pactias, sc. anomala, nimirum conventio duorum plurium ve
de

de hereditate viventis. Generis loco recte posuimus conventionem, tanquam vocem generaliorem, ut summa est in L. 1. §. 3. de part. & sub se comprehendit ceteras pactorum species, sive de acquirenda sive de omitienda hereditate agitur, eandemque cum pactis decisionem haberet, vid. L. ult. 2. de part. in verbis? sed nobis etc. & sub se comprehendit duorum pluriumve consensum, ita ut non unius voluntas sufficiat sed & alterius acceptatio accedat, necesse est L. 25. de
D. 3. A.

§. IV.

Antequam autem ulterius progrediamur, premonendum esse, necessario duximus, hujus materiae oimirum sedem in famosissima illa & jam jam cit. Leg. ult. c. de part. inventari, quippe ex qua facile patet, quas pactiones lex admisserit, & quamvis a DD. variae successionis pactitate tradantur species, in eam tamen omnes re ipsa convenient, quod summa sit divisio, quod hoc pacta vel de tertii viventis vel de unius ex ipsis pacientibus propria hereditate fiant, qua minus dubitandum, quo magis haec divisio inicit. La ipsa fundata sit, ceteras autem subdivisiones jus civile non adnotatis, sed sunt mera inventa Doctorum.

§. V.

Campus nunc hic maximus se aperiret dicendi de variis divisionibus & subdivisionibus a DD. inventis, horum pactorum, quod se sint vel dispositiva vel conservativa vel acquisitiva, vel conservativa, & de restituenda hereditate, brisque inter quoque referri possunt adhuc pactum contractum unitatis, unionis prolium, inter conjuges, ganerbiniatus, sed cum pro nunc e re nostra non sit, omnes species sigillatum percurrere praeferim cum in jure civili nullam fixam sedem habent, permanebimus tantum in tractatione generali pactorum successoriorum, eorumque validate.

§. VI.

Paucis igitur premitto, in quo pacto successorio turpis captatio mortis cessat, illud etiam valebit, si captatio intercedat, nullum est, nec attentanda sententia quorundam ex

ex Novell. 19. Imperatoris Leon. statuencium, per modo dictam Novellam L. 15. C. de paet. abrogatam, indeque omne pactum successorum etiam jure civili validum esse, quia tum hujus Novelle authoritas in foro plane est nulla, tum, quia illa de alio plane casu, sc. de pacto dotali, ejusque validitate loquitur.

§. VII.

Quod itaque jus civile attinet, notissima est sanctio in L. fin. & L. 15. C. de paetis quod pacta successoria non valeant, ob votum mortis captandæ, nisi es de cuius hereditate agitur, consentiat, & usque ad mortem perseveret quod autem non pertinet ad species & subdivisiones pactorum, a Doctoribus inventas, quippe quas jus civile plane ignorat.

§. VIII.

Ratio, cur ejusmodi pacta jure civili non valeant, partim est, ut diximus quod votum mortis captandæ in iis latet & incivile sit, viventis hominis bona in fortē & divisionem vocare, & ita quasi ejus mortem voto ac spe praecipere Brunneman. in Cod. Lib. II. Tit. III. §. 2. de paet. partim, quod successio sit juris publici, adeoque non dependeat a privatorum arbitrio, jus enim publicum privatorum pactis non potest immutari L. 38 ff. de paet. & futura successio, sive hereditas non potest deberi nisi ex testamento vel ab intestato Brunnemann in L. un. n. 3. C. ut action. & ab hered. & contra hered. incip. nec quis sibi testamenti factionem admere potest, L. 22. de Leg. 3. qua cum conspirant L. 87. ff. de condit. & demonstrat. L. 6. §. 2. ff. de jure codic. L. 34. c. de transact. quia voluntas hominis est ambulatoria ad extreum usque vita halitum, in tantum autem tale pactum invisum est, ut si initum sit, non tam pacis centes de cuius hereditate agitur, quoctunque tempore revocare, quam si fecus paciscentibus de tertii hereditate, ejusmodi hereditatem obvenientem eripere possit per supr. alleg. L. 2. §. 2 ff. de his, que ut in dign. anser. hinc est quod demum post mortem ejus ad quem hereditas pertinet, cum sc. is consentiat, & perseveret

B

veret

veret, effectum nanescatur; hinc hoc pactum nihil aliud est,
quam instar ultima voluntatis, quounque tempore revo-
cabile cit. L. fin. a. 1, de part., contra propriam pactorum na-
turam, a quibus resilire alias non licet, hinc concludit hanc
successionem e valde irregulari & anomalam.

§. IX.

¶ Unicus ergo casus in jure nostro civili occurrit, quan-
do pactum successorum subficit, nimirum quando is, de cuius
hereditate agitur, & consentiat, usque ad mortem & perfe-
veret, quia tunc consensus hic tollit presumptionem mortis
captandae Brunemann, in Cod. Lib. II. Tit. III. §. 12. extra
hunc casum nullus admittitur, ratio est votum, mortis ca-
ptanda & acerbissima spe cit. L. fin. C. de part. audianus le-
gimus in verbis: sed nobis omnis enim modus actiones odio-
fici esse videtur & plena tristis similitudinibus ercentur, porro nisi
ipso sente, de cuius hereditate pactum est, voluntatem ei accommoda-
vemus. Si in ea usque ad extremum vita spatiu[m] perseveraverit
tunc enim sublata acerbissima spe, licebit ei, eo sciente & jubente,
huiusmodi pactiones servare. Hoc autem quod diximus, non eo
extendendum est, quod pacifici non licet de hereditate
hominis incerti, si qua obviatura est, nam hoc est permisum,
IL. 3. §. 2. ff pr. Soc. BRUNNEMANN, in Cod. Lib. II. Tit. III.
§. 8. de part. quia tunc votum mortis captandae cessat, ut po-
te quod cadit in personam certam & nominatam.

§. X.

Hoc autem ita intelligendum est, ut ejusmodi pacta,
cum valere debant, etiam solennitate non careant, dum pra-
tentia simultanea, & continua quinque Testium requiritur,
solum ad probationem quam solennitatem, omnia enim
pacta, quae agunt de successione, pro forma essentiali ha-
bent, ut ad sint quinque testes & probentur, per quinque
testes, licet enim solo sigillo partium vel scriptura, vel testi-
bus duobus, aut tribus, regulariter contractus probentur; L.
fin. C. de reb. Cred. tamen quando agunt de succedendo, &
ideo post mortem disponentis transiunt in ultimam volun-
tatem

tatem, L. 40. §. 3. ff. de pact. tum non subsistunt, nec esse
etum suum consequuntur, neque Valent, nisi fide & conscientia
quinq[ue] testimonijs voluntatis, L. ill. C. §. 3. ff. de codicill. L.
ult. C. de donat. mortis causa. CRAVETTA conf. 159. n. 10. § 11.

S. XI.

Nunc adhuc est reliquum, ut paucis discutiamus, quid
juris sit de pacto successorio, per epistolam inito; Doctores
aliqui mire hic se torquent, statuentes per epistolam quoque
pactum successorum contrahiri posse, cum epistola approbata
a recipiente inducat obligationem, & plene probet L. 16. ff. de
SCro maced. MARTHOL. in L. un. nuda ratio ff. de donat. &
donatio inter vivos absque omni teste per solam epistolam sit
valida, in usu de donat, imo ex presumptionibus colligi possit,
quod reuocata facta sit. MASCARD conclusio b. 3. n. 4. LEYSER
michi, ad ff. Specim. 477 me tit. I. nec minus dispositio episto-
lica, ut epistola fidei commissaria sustineri possit L. 14. ff. de tur.
Cod. L. 77. §. 26. Et Leg. 2. BRVN NEMANN. ad L. final. de
Leg. 2. siquidem ejusmodi epistola inter homines spectata fi-
det, instar instrumenti liquidi & confessati considerari debe-
at. CRAVETTA Conf. 31. cum primis acceptata fuerit BRVN-
NEMAN. ad L. 6. C. de donat.

S. XII.

Verum enim vero, cum supra defendimus, pacta suc-
cessoria iure civili regulariter esse invalida, & sic valde restringen-
da, & pro forma essentiali adhuc requiri, ut quinque testes ad-
hibeantur, multo minus hoc procedet in pacto per epistolam
contracto, cum leges allegatae de pactis, proprie sic dictis lo-
quuntur, & sic a pactis successoris distinguuntur, praterea
qua ratio prohibitoria juris civilis hic non cessaret, clarus est
textus in L. 52 ff. de pact. quod nuda epistola, hereditas, seu ius
hereditarium non acquiratur nec per epistolam pacto deferri
possit KRESS. in Specimis. prud. privat. L. 2. 47. 1. §. 15. mul-
to minus talis epistola valere potest, ut epistola fidei commis-
saria, partim, quia talis epistola in jure est in cognita, par-
tim quia tunc esset species ultimae voluntatis, ad quam quin-

que testes requiruntur, & sic actus ultima voluntatis exinde
orientur, qui tamē ab acibls inter yllos distinguuntur. L.
20. ff. de Verb. signif.

§. XIII.

Dixisse quedam de pactis successoris eorumque validita-
te, secundum ius civile, pro aucto sufficiat, cum instituti nostri
ratio non permitat plura de hoc re agere. Videamus nam
Membro II. quid iure germanico de illis sit statuendum.

MEMBRVM II.

Sistens hujus doctrinæ usum & abu-
sum in Germania

Jure civili proprio sic dictam successionem pactitiam non
dari, supra demonstravimus, restat nunc, ut hoc membro
II. dissertationis nostræ videamus, qualem sit usus & abu-
sus horum pactorum in Germania.

§. II.

Antequam autem rem ipsam aggrediamur, ante omnia
adhuc, repetere licet divisiones & subdivisiones pactorum
successoriorum, quarum quidem supra membr. I. S. 5. mentio-
nem fecimus, sc. haec sunt, juxta doctrinam DD. vel disposi-
tiva, vel conservativa, vel acquisitiva, vel renunciativa, quibus
Du. SRRYK dissert. 6. cap. 1. l. 10. de post. successor. in genere
tanquam speciem, a se ipso noviter inventam, addit pactum
de restituenda hereditate. His adhuc quidam DD. & quidem
conservativis, quidam autem acquisitiwis tanquam subdivi-
siones, addunt pactum confraternitatis, unionis prolium, in-
ter conjuges, ganerbinatus & has pactorum species, & sub
species per totam Germaniam valere, vulgo astruunt DD.
Must. de success. convent. & anomal. COTHMAN. v. 2. n. 99. WE-
SENBECK. cons. 71. vol. 2. CARPZOV. P. 2. C. 35. Des. 19. WERNHER.
in

*in suppl. ad P. I. obs. 260 it. p. 5. ab. 8. & 59. d. vol. 7. pag. 171.
seqq. aliique plurimi Tegmen negatricis LEMSER. Britton. J. Specim.
473. medit. I.*

§. III.

Haec species & subspecies pactorum ut plerumq[ue] sunt
m[od]era inventa DD. Recurramus ad antiquitates, videamus
modo quo fundamento nitantur. Si scriptores rerum germani-
carum evolvamus, invenimus quidem, pacta successorib[us]
acquisitiva in usu, duplicitis generis fuisse, de ceteris autem
plane silent, vel enim possessor inter vivos in aliquem trans-
ferrebat hereditatem, alimenta sibi stipulatus: vel servata
possessione, eandem post mortem demum ad alterum feddi-
turam pollicebatur. Verum enim vero, hunc transferendi
modum omnibus gentibus Germanicis non fuisse edocet
sed singulis variasse, adque certas solemnitates, & personas,
sc. ad conjuges, & parentes, certosque calus, si nimi-
rum sine liberis deceperint, vel nullos cognatos relique-
rint, ad modum fuisse restrictum, quoque legitur; sic, quod at-
tingit solemnia, quounque modo etiam quis paciferetur, so-
lemniss quedam intercedebat tradicio, cuius fere omnes gen-
tium germanicarum leges faciunt mentionem, *Lex Salica* tit.
69. eam traditionem, quae vel *Aduaromia* vel *adramitio* di-
catur, fieri iubet in judicio sub *suito*, iacta in finum heredis
ficti, & a suo possessorio ab his in donatoris bonis exerciti-
to, adhibitis deinde testibus, qui haec omnia facta esse, affir-
ment, *RECARD.* in *Comment. ad Leg. sol.* p. 92. simile est quo
que, quod lega *Ripuariorum* tit. 48. cautum legimus: si quis
procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem
facultatem suam in praesentia Regis sive vir mulieri vel mu-
lieri vero, seu cuicunque liber de proximis vel extraneis ad
optare in hereditatem, vel ad fatimi prescripturam ierem,
seu pertraditionem, & testibus adhibitis secundum Legem
Ripuarium licentiam habeat; Apud *Wifigothos* pacta suc-
cessoria certis conditionibus & solemnitatis fuero quoque
adstricta, uti videre est in *Lege Wifigothorum* lib. iii. tit. 10.
§. 6. Sic non minus arctis limitibus circumscripta erat
illa

illa de hereditate sua pacificandi licentia, apud Saxonem, qui
fere solam successionem legitimam proprobant. Nulli vero
uti est in Leg. Saxon. tit. 14. s. 2. licebat traditionem heredi-
tatis suæ facere, præter ad ecclesiam vel Regi, nec heredem
suum ex hereditate facere, nisi forte famis necessitate coacio-
natur ab illo, qui hoc acceperit, sustentaretur; nec aliter valebant
jure provinciali Saxonico, nisi ad acta illa sufficiente firmata,
Wer ihm Erbe zusaget, heisset es, Lib. 2. art. 30. nicht von
Gippschafft oder Erbe, sondern von Gabe und Gedingswegen,
das soll man halten vor Maecht, und nicht glauben man moeg-
dann gezeligen, das das Geleute vor Gericht bestätigt sei, por-
ro cävetur Lib. I. art. 52. ne quis bona sua immobilia,
homines proprios, sine heredem consensu, ac extra judicium
tradat; de bonis vero immobiliis, hominibus sanis permitti-
tur dispostio, yerba ipsa hic apponitur, ohne der Erben
Laub und ohne Gericht, mag kein Mann sein eignen Guh, noch
seine Louth vergeben; Vergiebt er es aber ohne Recht und
ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich wohl ihres Guis
unterwinden mit Rechte, als ob der Todt wäre, der es gab, dar-
umb weil er es nicht vergeben möchte. Alle farende haube aber
giebt der Mann wohlb ihm Laub der Erben, in allen Städten
und an allen Orten und lässet, und verleiht sein Guh, allein
dass er sich also vermöge, dass er begürtet mit einem Schwerdi und
mit einem Schild auf ein Ross kommen möge von einen Stein
oder Stock, einer Daum Ellen hoch, ohne Hülfzeig, das ist, dass
man ihm das Ross und den Steg-Reiss habe zuwissen, das
nicht thun mag, so mag er sein Guh weder vergeben, noch ver-
lassen, noch geleihen, dadurch ers jemand entrembedet, der es
wartend wäre nach seinen Todte.

S. IV.

E contra de his omnibus in jure alemanno nihil legi-
turi. Hoc enim Art. 236. tantum permittit testamenti fa-
ctionem, quam vocant ein Geschäft, & præscribit formam
art. 30. in verbis: Ist, dass ein Mann seinen Freund Guh
schaffen will, nach seinem Todt, will er ihm das sicher machen,
er soll ihm Briefs geben, besiegelt mit eines Layen-Fürsten In-
ſie.

siegel, oder mit eines Closters- oder einer Stadt Innsiegel oder soll für seinen Herrn oder Richter haren, und soll die Gezengen nehmen, und andere die dabeys sind etc. omnia hæc laetus dedoxic Dn. HEINECCIVS in element. juris Germanici Lib. 2. tit. 6.

V.

Ex his omnibus satis luculenter apparet, non omnia pacta successoria jure Germanico ubique valuisse, sed tantum modo quædam, apud quasdam gentes atque provincias sub certo tamen modo certisque solennitatibus in usu fuisse, ex quibus autem nulla universalis consuetudo deduci potest, cum à speciali ad universale non valeat consequentia. Reète itaque concludimus; Quamdiu specialis loci alicujus lex seu consuetudo de hac vel illa pacta successorii specie retenta, seu recepta, non afferatur, & probetur, tam diu stabimus iuri romano, nullum pactum successorium admittentes, nisi in sensu juris romani; & hoc non sine fundamento, nam cum in Germania, jus Justinianum romanum sicut receptum, hereditates per pacta amplius transferri non possunt, nisi hoc vel illo loco peculiaris consuetudo contraria probetur. HARTMANN PISTOR. P. 4. qv. 2. periat, cui sententiae & ipsa ordinat. Cameral. P. 1. Tit. 13. §. 1. accedit, statuens quod ubi nulla certa consuetudo in Germania apparet, tunc necessario ad jus Justinianum recurrendum sit, cui tamdiu standum, donec consuetudo contraria probetur. cit. HARTMANN. PISTOR. alleg. loc. Non inconcinnne hac de're quoque scribit. B. de LYNKER in anal. ad Struv. Syntagm. jur. civ. Exercit. 2. Thes. 15. dicens: jus enim justiniænum totum in complexu valet ex receptione, qua receptio tamen facta est salvis statutis, jam tum in Germania obtinentibus, ut nimirum his deficientibus, ad jus justiniænum tanquam communiue, recurrendum sit, hinc, qui legem ex Justiniano citat, non necesse habet, probare. Hinc recte concludit HARTMANN PISTOR. allegat. loc. quod iis in locis, ubi peculiaris consuetudo non probatur, secundam juris communis sententiam contra pacta successoria sit judicandum, cum in Germania jas

ius cummune adhuc obtineat, & generalis consuetudo contraria plane deficiat, Imo arrestatur, quod in judicis contra pacta successoria secundum juris communis dispositionem sit pronunciatum, idem dicit, quod ejusmodi pacta de futura successione ne juramento quidem confirmari possunt. Qu. 2. n. 30. 31. 32. 33. & 34. cum pactum contra leges initum, nullam producat obligationem, & ideo heredes promittentis absque per iurio ab ejusmodi pactis resilire possint, juramentum enim est personale, & heredes non constringit, Authent. Sacrament. puber. C. de rescindend. vendit. Idem probat GILKEN ad L. pactum quod Dotal. n. 104. seqq. C. de past. quod nulla ejusmodi consuetudo, quia pacta successoria, nequidem dotaria comprobentur, in Germania obtineat & Dn. B. de LYNKER Rep. 53. n. 12. dicit. Man macht sich derjenigen Meinung, welche die pacta super hereditate durch Gewiibheit eingeführet als sehn, vermeynen wollen, nicht theilhaftig, quippe quod eam jam dudum solide discusserit HARTMANN PISTOR. 20. iur. 1. 2. seqq. p. IX.

Stabimus ergo sententia nostra, nullum pactum successorium in Germania esse admittendum, nisi lex seu consuetudo alicuius loci adsit, et probetur. Et quamvis pactum confraternitatis inter personas illustres, uestige publica lege approbarum CAPITVLAT. LEOPOLD. Art. 6. in verbis: Die unter Churfürsten und Ständen aufertheilete Erb-Bertheilungen hervor confirmiren, nec non certis in locis pactum inter conjuges, untonis prolium, tanquam speciem pacti conservativi, validum esse posse, concedamus: tamen quod pactum confraternitatis attinet, id restringendum tantummodo sit, ad solos proceres & nobiles Imperii, jurisdictionem & imperium habentes, TEXTOR de past. gentilis. thes. 3. quod autem cetera dicta pacta attinet, non alter illa valere putamus, quam si prius lex ad sit, seu consuetudo loci, & haec probetur exinde tamen minus consequitur quod consuetudo universalis exinde officetur.

VIII:

(17)

Statuimus ergo adhuc semel, ejusmodi consuetudinem
universalēm pactorum successoriorum in Germania nō da-
ri, sed consistere tantum in imaginatione DD. quorundam.
Attestari & dicere hujus vel illius Doctoris, non sufficit, sed
probetur necesse est. Illi DD. qui pro nostra militant sen-
tentia majorem merentur fidem & nihil probare debeat, si
quidem illi jus civile pro se habent, quod probatione rece-
pitonis non indiget. *Bart. de LINCKE in anal. ad Steph. Syn-*
tax. jur. Exerc. 2. Thesis 1. hoc ut *institutio iuris* *ad legem*
successori *in locis* *certas species* *pacti successoril* *in-*
certis locis *Germania* *admitti* *posse*, *sed hoc ita intelligen-*
dum est, *ut non simpliciter* *valeant*, *sed requiratur* *ut ante*
omnia consuetudo *hujus vel illius loci* *probetur*, *hacque pro-*
bata certe adhibeantur *solemnitates*, *qua secundum diversi-*
tatem *pactorum* *diversa quoque sunt*. *Pacta* *nimirum suc-*
cessoria *in Germania* *licita* & *approbata* *vel in vim contra-*
ctus *vel in vim ultimae voluntatis* *incentur*; *in prioris generis*
pactis *duo sufficiunt testes*, *in posteriori* *autem generis* *aut*
quinque *testium* *presentia* *eaque simultanea* & *continua* *uti*
hoc cautum est, *in Land Recht Art. 30. Lib. 2.* *requiritur*,
aut ut judicialiter conficiatur pactum, *quia tunc praesentia ju-*
dicis omnem supplet *solemnitatem* *nisi tamen lex quaedam*
seu statutum adsit, *qua certas alias solemnitates insuper re-*
quirunt. *Ejusmodi statutum* *de pacto inter conjuges inven-*
nitur. *Francohuse Lib. III. art. 54. statut.* *In Eheschifungen*
heist es, *die vor dem Rath in Beseyn eines Mannes und Weibes*
Freundschaft zum wenigsten zweyer Personen aufgerichtet wer-
den, *indgen sich beyde* *Thelle*, *wie eines dem andern im Erbe*
nachfolgen und succediren soll, *wohl vergleichen*. *Hic requiri-*
tur, *ut ad minimum* *duo testes* *adhibeantur*, & *quidem unus*
ex consanguinitate mariti, *alter ex consanguinitate uxorii*,
ubi autem lex seu statutum alioius loci, *de forma nihil di-*
sponit, *tunc supplemus ex jure alemannico & civili*. *Pro*
forma

ARTICULATIS IURIDICAE

(18) 50

forma essentiali itaque requiritur, ut non tantum ad sit
præsentia quinque testium, sed & illa simultanea & con-
tinua esse debet. **Land-Recht** cit. loc. & ubi lex pro for-
ma aliquit requirit, illud præcise est observandum per ju-
ra notoria, nec aliter valent ejusmodi pacta jure ultime vo-
luntatis, sc. ut post mortem relicta capiantur quam si ha-
beant testes numero quinque. **PHILLIPP.** *Porc. cors. 80. n. 2.*
per Glos. L. ulti. §. fin. C. de Codic. nec probari potest ejus-
modi dispositio quinque testibus, qui actui non affuerint
conjugium, cum ejusmodi nequidem in testamento militis
sufficiat. **FAVERI** n. 13. 14.

§. IX.

Quodlibet adhuc incidit quo jure ejusmodi pactum, in
qua vox **Erben, Erbschafft, aliaque vocabula**, ultimam vo-
luntatem designantia quibus adjungi possumus vocem: præ-
cipuum enim **Vorwürf**, reperiantur, valeat? **Dn. LEYSER.** medit.
ad ff. specim. 437. medit. 1. statuit non nocere, quo minus vi-
pacti valeat, quando alias animus paciscendi, & remune-
randi appareat; Verum autem vero, cum actus inter vivos
ab actibus ultimæ voluntatis distinguantur. *L. 20. ff. de verb.*
signif. prætereaque nota characteristica ultimarum volunta-
tum sit, quando verba in testamentis & aliis ultimis volun-
tatis consueta e. g. **Erben, Erbschafft,** reperiuntur. **WESEN-**
REC. *Consil. 38. n. 49. 30. CARPOV.* part. 2. C. 43, def. 20. **BER-**
GER. *in Resolut.* **LAVTERBACH.** p. 54; putamas ejusmodi
actum vi pacti haud posse valere.

§. X.

MVII Multo minus pactum de succedendo per epistolam ini-
ri potest, quamvis acceptatio ab irrague parte facta sit;
Quia validitatem omnium successorum pactorum in Ger-
mania in genere negamus, nisi haec vel illa species e. g. unio
prolium, pactum inter conjuges usi recepta sit, legitimeque
pactum confectum esse probetur solennitates vero ad pacta
inter conjuges & unionis prolium necessaria in epistola ad-
hiberi non possunt. De his quoque egimus supra Membr. I.

§. XI.

§. XI.

§. XI.

Ex deductis itaque patebit, usum, hujus doctrinæ esse 1) nullam consuetudinem in Germania dari, quâ hereditates per quacunque pacta transferuntur, quia vel ipsi antiqui Germani, a quibus tamen haec consuetudo vult deduci, non omnia pacta successoria approbaverunt; pratereaque esse dictaminis naturalis, & lata rationis, quod consuetudo ab una specie ad aliam nisi etiam in hac specialiter probetur haud extendatur, II) extra pacta dotalia & unionis prolium hodie in Germania intra privatos nulla alia esse valida, quia ipsi Germani antiqui tantum modo donationes inter consuges, mutuas sive reciprocas, & adoptiones in defectu liberorum, adducerunt MARCVLPH. Formal. Lib. 2 cap. 9. §. 3 ex quibus ex post facto pacta dotalia & uniones prolium circa videtur. 3) Ne quidem pacta dotalia per universalem consuetudinem in Germania esse introducta, sed semper scriptam seu non scriptam approbatum sit, quia Germania semper habuit diversos legislatores hinc etiam diversas leges & consuetudines, & foret ridiculum, scribit Autor ANONYMVS quidam, de recept. jur. Roman. scilicet 3. §. 5. leges & consuetudines particulares, queque antiquioribus temporibus non nisi in hoc isto loco obtinuerunt, hodie ad Germaniam per trahere integrum, imprimis cum incertum sit, que admodum loca Alemanni Bajarii, Frisiones &c. quondam inhabitarerint prout videri potest in HERTI notis veter. German. populi. 4) Pacta successoria validitatem inde habere non posse, quod quacunque Germani pacta semper servaverint; quia veteres Germani ipsi pacta successoria a pacis communibus distinxerunt, eaque ad certas personas certasque circumstantias & ad certa solennia restringerunt, ita super deductum est.

§. XII.

Abusum hujus doctrinæ quod attinet ille elanus patet, adversariorum opinionibus in medium prolatis, & refutatis. Primam rationem ex fontibus illius pristinæ fidei Gerhi

Germanorum deducunt, siquidem illi de fide data ita constantes fuisse traduntur, ut teste Tacito de German. maribus C. 24, illam in alia quidem fallere poluerint, inde oram traxisse videtur illud Germanorum proverbium: ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann. Hoc Germanorum simplicitas atque dexteritas sine dubio commovit quosdam Doctores membr. II. S. 2. in fin. cit. adeo, ut inter alios citatus LEYSERVS in mediat. ad ff. specim. p. 134. eos Doctores, qui successionem pactitiam ad certas canum species restringunt, erroris cuiusdam arguere, non veritus fu; audiamus modo ipsas rationes.

§. XIII. alio in nobis annuntiat.

Rationes itaque, quæ ad sustinendam eorum sententiam communiter afforuntur sunt sequentes. 1.) Germani magis simplicitatem juris gentium, sinceritatem, & datum summa fidei quam utilitatem amant, BERGER. ex eodem jur. Lib. I. tit. 4. §. II. p. 134. LENSER, cit. loc. 2). vitium morale his pactis non inesse, & sic illa non esse contra ius civilenum & naturale, sed potius esse res mera facultatis 3.) juxta principia juris civilis hæc pacta non dijudicari debere. GALL. ob fest. 126. n. 2. & ob serv. 117. n. 6. LEYSER, cit. loc. SCHILTER. Exercit. 36. 39. in fin. siquidem libertas testandi sit juris positi, & per consuetudinem mutari possit KÖHLER. de paci. dot. p. 2. 1. 70. ANTHON. FABER. in Cod. tit. de paci. convent. def. 6. 4). humanae rationi nihil esse convenibilis, quam ut quis de rebus suis, quas maximis in commodis in vivis acquavit, etiam in mortis eventum dispositionem habeat 5) tandem universali consuetudine in Germania introductum esse, ut quæcumque pacta valent BERGER. jur. Lib. II. Tit. IV. S. 49. de iure heredit. STRYK. in usu modern. tit. de paci. dot. §. 3. 16. in fin. LEYSER. cit. loc. Hæc sunt rationes, quas DD. vulgariter afferunt, sed videamus, quibus fundamentis illæ nitantur.

§. XIV.

Ad rationem 1) itaque respondemus, quamvis concedamus, quod Germani Veteres fidei data admodum fuerint tenaces, & magis simplicitatem juris gentium quam subtilitatem

tatem amaverint; non tamen exinde sequitur, eis quodeunque pactum successorum fuisse licitum, quia id, quod de fide pactorum in genere dicitur, potius restringendum est, ad alia pacta licita, & contractus, non autem extendendum ad quavis pacta successoria, cum vel ipsi hec pacta ut supra §. 3. & 4. demonstravimus, ad conjuges & parentes restringerent, certaque solemnia adhibuerint, ut etiam Dn. KRESS. in speciem Iprud. sit. §. 1. illa tantum ad pactum Ganzebiniatus, confraternitatis, inter conjuges, & unionem prolium, restringit prætereaque forma statusque pristina Germania valde mutatus sit. 6) contra sanam rationem moresque bonos Germanorum militat, sc. eos quocunque pacta sine distinctione coluisse, quia sub hoc termino generali etiam omnia pacta turpia, & contra bonos mores intelligi possunt, at 2) respondetur quod usus pacis, ubi votum mortis captandæ intervenit omnino in se vitium morale non tam propter votum mortis captandæ, quam quod sint contra legem prohibitivam, quæ in conscientia obligat, concepta, hinc non dependent ex pacientium voluntate; ad 3) responderetur, quod ratio non appareat, quare materia de pactis, iuxta principia juris romani discutiri non possit, ratio prohibitiva est secundum jus romanum votum mortis captandæ, & hac ratio apud Germanos quoque non cessat, cum teste experientia saepe proximi cognati, iis, quorum hereditas aliquando vel ab intestato, vel per testamentum defertur, insidias vitastruant eorumque mortem exoptant, ergo hac captatio mortis magis est verenda, quando hereditas per pacta ad eos, seu extraneos quoscunque defertur, nec adjuvat, quod successio Romanorum sit juris positivi, & sic consuetudine mutari possit: quia hæc ipsa ratio, quod successio sit juris positivi, & hinc ex privatiorum arbitrio mutari non possit, etiam in pactis successoris veterum Germanorum conspicitur, consuetudo & contra de mutata successione prius probari debet, quarta ratio huc non quadrat, nam lex non vetat quem ut de rebus suis disponere possit, sed tantum modo vult, ut secundum formam lege prescriptam sua bona trans-

ficiat.

referat; hoc autem per testamentum aliamve ultimam voluntatem rite confessam fieri potest, ad 5. negatur quod universalis consuetudine Germaniae introducitur, omnia post successorla valere hinc hec probanda est, a speciali autem hujus vel illius loci, uti jam jam diximus, non est argumentandum ad universalem, immo ipse Dominus Bergerus, quamvis alias dissentire videatur, praejudicium assert in sua Economia juris de hered. jur. Lib. II. Tit. IV. §. 49. ubi contra pactum successorum pronunciatum est, rationem juris civilis ex rationibus decidendi ibi adductis in eo ponens, quod votum mortis captandæ ejus modi pacto insit.

§. XV.

Ex his omnibus satis apparet elucebit, in quantum illi Doctores aberrant, qui quemque pacta successorum in Germania valida esse evincere conantur. & quam vaga sit illorum hac in parte traditio. Unus alterum imitat, & unus alterum citat, hic unius & alter alterius auctoritate missus, Hinc tantus opiniorum cumulus sed sine ulla lege; consuetudinem universalem esse dicunt, & tamen nemo per totum germaniam inquisivit, an hæc opiniata consuetudo, in omnibus locis & provinciis sit cognita, aut recepta. Hoc autem ex invidia erga jus romanum, sine dubio ortum esse, nemo est, qui rem sine præjudicio & præcepta opinione perquirit, qui facile negabit. Abusus ergo hic hujus doctrina contra genuina principia & juris Justiniane, & Alemannici se ficit apertus. Sed nunc subsystemus, & pluribus de hac re in actu disputatorio agemus.



DOCTRINA SACRA
PACTILIAE LIBERAE A 24 DE
1752

ANNALES DE LA VILLE

AB: 65717

X 2290245

VD 17



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

DOCTRINA
SUCCESSIONIS
PACTITIAE
EIVSQUE
VSV ET ABVSV IN GERMANIA,IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI
EX DECRETO ET AVCTORATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINISPRÆSIDE
VIRO MAGNIFICO, PRÆNOBILI ET CONSULTISSIMO,

DN. CONR. WILHELMO Strecer,

JCTO, IVRIDICAE FACTLTATIS ET IVDICII ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.
CUD. PROF. PVBL. ORD. CIVIT. STND. ET CONSULE PRIMARIO,
H. T. EX-DECANO,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA.RITE AC LEGITIME CAPESSENDI,
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
AVCTOR

CASPAR. GUNTHERVS LINDNERVS,

FRANCKOHVSANVS.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS
DIE IV. FEBRVAR. A. M DCC XXXVIII.

ERFORDIAE, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

30..